

Oxytropis generis species nova ex montibus Khorassanicis

Von I. VASSILCZENKO

(Mit 1 Textabbildung)

Manuskript eingelangt am 29. August 1971

Oxytropis Rechingeri VASS. sp. nova (Sectio *Mesogaea* BGE.)

Perennis caudice ramosissimo valido caulibus 15—20 cm longis patule villosis, stipulis liberis lanceolatis. Folia patule pilosa, 6—12 cm longa, foliolis 8—12-jugis ellipticis vel oblongo-ovatis apice acutis, utrinque semipatentim pilosis, (5) 10—20 mm longis, (3) 5—8 mm latis. Pedunculi foliis aequilongi, patule pilosi, racemis elongatis laxiusculis multifloris, floribus inferioribus reflexis. Corolla violacea; calyx tubuloso-campanulatus, pilis albis et nigris patulis obsitus, dentibus tubo subaequilongis; vexillum 13—14 mm longum lamina elliptica basi ungue brevi lato gradatim angustato lamina 2—3-plo breviorie; alae 11—12 mm longae; carina 11—12 mm longa mucrone 3 mm longo. Legumina (immat.) reflexa pilis nigris et albis dense pilosa.

Typus: (Iran), Ostan 9: entre Kuchan et Bajgiran, alt. 1100—1600 m. 3. 7. 1956. Leg. F. SCHMIED, n° 6303 (W.).

Area geographica. Montes Khorassanici, endem.

Affinitas. A proxima specie *O. kopetdaghensis* GONTSCH. pedunculis foliis aequilongis (nec longioribus), vexillo breviorie (13—14, nec 15—18 mm), alis et carina brevioribus (11—12 nec 13—15 mm), leguminibus pilis albis et nigris (nec albis) pilosis.

Haec species in honorem botanici clarissimi, florum regionis Mediterraneae et Asiae Occidentalis investigatoris celeberrimi prof. K. H. RECHINGERI nominata est.

Anschrift des Verfassers: Prof. Dr. I. T. VASSILCZENKO, Botanisches Institut der Akademie der Wissenschaften Ul. Popova 2 SU. Leningrad, F-22.



Abb. 1. *Oxytropis Rechargingeri* Vass. Typus. a = Habitus, b = vexillum ($\times 2$), c = carina ($\times 2$), d = ala ($\times 2$), e = calyx ($\times 2$).